

# LIBER URSA

*Maioris Consilii*

1415–1454

## 1

Οι Σύμβουλοι Κρήτης θὰ λαμβάνωσι ὡς μισθοδοσίαν ὑπέρπυρα 2000 ἑτησίως ἔκαστος. 1417, Μαρτίου 28.

Millesimo quatracentesimo xvii. Indictione x<sup>a</sup>, die xxviii Martij. 1

Capta.—Quia Consiliarij Crete habent de salario ducatos quingentos, in anno pro quolibet, ad rationem soldorum LXXXVVI, pro ducato; uadit pars, ut nobiles nostri habeant, causam eundi libentius ad dictam consiliariam, quod Consiliarij qui decetero eligentur, ad consiliariam Crete debeant habere de salario yperpera duo milllia, pro quolibet in anno et ratione anni, cum alijs modis conditionibus et utilitatibus solitis et consuetis. 5 7

## 2

Συμφώνως πρὸς τὸ καπιτουλάριον τῶν Ρεκτόρων, οὗτοι ἐξελέγοντο διὰ δύο ψηφοφοριῶν ἀλλ' ὁ ἐκλεγμόνεος Δοὺς Κρήτης θὰ ἐκλεγῇ διὰ τεσσάρων. 1417, Μαρτίου 28.

Eodem millesimo et die. 1

Capta.—Quia in capitulari consiliariorum continetur, quod regimina debeant fieri duplia, uidelicet Ducha Crete, Consiliarij, et certi alij Rectores, specificati in ipso capitulari, et quod reuocari non possit nisi per v Consiliarios, xxv de XL, et duas partes Maioris Consilij, et consideratis conditionibus tempus presentis bonum et utile sit prouidere; uadit pars quod Ducha Crete nunc eligendus, eligi et fieri debeat per quatnor manus electionum in Maiori Consilio, probando electos secundum usum, et qui habuerit plures ballotas traueseundo medietatem consilij, sit firmus. Et est captum per v Consiliarios et per xxv et ultra de XL., scilicet per omnes de Consilio de XL. 5 10

22

